

levante luego y se vaya! Alerta, sacerdote, alerta... no os dejeis engañar.

Advertencia. No ponemos el Ordinario de la misa para que aprendais de memoria lo que así se ha de saber, porque ya lo pusimos en la primera parte, capítulo XXII, y también lo hallaréis en la misa solemne, que explicaremos en los capítulos siguientes, en que reuniremos no solo lo que pertenece al sacerdote sino también á los ministros; y además os servirá para cantar la primera misa, que por lo comun la primera que celebran los nuevos sacerdotes siempre es cantada y no privada.

CAPÍTULO VI.

De las oraciones que el sacerdote ha de decir al vestirse los sagrados ornamentos.

Cum lavat manus dicat :

Da, Domine, virtutem manibus meis ad abstergendam omnem maculam, ut sine pollutione mentis et corporis, valeam tibi servire.

Ad amietum, dum ponitur super caput, dicat :

Impone, Domine, capiti meo galeam salutis, ad expugnandos diabolicos incursus.

Ad albam, cum ea induitur :

Dealba me, Domine, et munda cor meum, ut in sanguine Agni dealbatus, gaudiis perfruar sempiternis.

Ad cingulum, dum ce cingit :

Præcinge me, Domine, cingulo puritatis, et exingue in lumbis meis humorem libidinis, ut maneat in me virtus continentie et castitatis.

Ad manipulum, dum imponitur brachio sinistro :

Merear, Domine, portare manipulum fletus et doloris, ut cum exultatione recipiam mercedem laboris.

Ad stolam, dum imponitur collo :

Redde mihi, Domine, stolam immortalitatis, quam perdidisti in prævaricatione primi parentis; et quamvis indignus accedo ad tuum sacrum mysterium, merear tamen gaudium sempiternum.

Ad casulam, cum assumitur :

Domine, qui dixisti: jugum meum suave est, et onus meum leve; fac, ut istud portare sic valeam, quod consequar tuam gratiam. Amen.

CAPÍTULO VII.

De la misa cantada con asistencia de diácono y subdiácono ¹.

Sacerdos autem procedit cum diacono et subdiacono, qui, capite cooperto, simul cum eo tenent manus junctas ante pectus, et cum perve-

¹ Llegada la hora de la misa solemne, acuden á la sacristía el celebrante, diácono, subdiácono y demás ministros. Se visten todos con sus respectivas vestiduras. Los ministros inferiores deben ayudar á los superiores, mas no estos al celebrante.

nerit ante infimum gradum altaris ¹, ibi medius inter diaconum à dextris et subdiaconum à sinistris, antequam ascendat ad altare, facta illi debita reverentia ², signat se signo crucis à fronte ad pectus, et submissa ³ voce dicit: *In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Amen.*

Deinde junctis manibus ante pectus incipit antiphonam: *Introibo ad altare Dei.*

Ministri. *ñ. Ad Deum, qui lætificat juventutem meam.*

Postea alternatim cum ministris dicit sequentem psalmum.

Diaconus et subdiaconus non debent adjuvare celebraturum, dum sacras induit vestes. (S. R. C. 13 jun. 1676).

Revestidos, pues, el celebrante y ministros, hacen todos à la cruz la misma reverencia. *Diaconi quando celebrans facit reverentiam cruci in sacristia, non debent genuflectere, sicuti in altari genuflectunt, quando celebrans crucem salutat transiendo ante illam, et in accessu et recessu. (S. R. C. 18 dec. 1779).* En seguida se encaminan al altar uno tras otro, à menos que el celebrante lleve capa pluvial, que entonces se colocan à sus lados para levantarle un poco la misma capa.

¹ En llegando al altar da el celebrante su bonete al diácono, quien lo entrega con el suyo propio al acólito, y lo mismo hace el subdiácono. Estos bonetes los pone el acólito en el lugar donde han de sentarse, ó en otro, pero no sobre la credencia, en que deben dejarse los ciriales.

² En cuanto al celebrante, debe hacer la reverencia que corresponde segun las reglas generales; pero los demás ministros deben todos hacer genuflexion *in plano*, tanto ahora como antes de volverse à la sacristia, aunque no haya Sacramento. Al pasar de un lado à otro la harán sobre la respectiva grada; mas si el diácono y subdiácono fueren canónigos, harán siempre la misma reverencia que el celebrante (*Merati sobre este lugar*); y valga esta advertencia para siempre que en el discurso de esta obrita se hable de semejantes reverencias.

³ *Que à Sacerdote in Missa non secreto, sed submissa voce pronuntianda sunt, audiri debent à ministris. (S. R. C. 7 sept. 1816).* Y con el mismo tono le deben responder los ministros.

In choro incipi nequit Introitus Missæ priusquam sacerdos eandem Missam celebraturus ad altare pervenerit. (S. R. C. 14 april. 1753).

Psalmus XLII.

S. *Judica me, Deus, et discerne causam meam de gente non sancta: ab homine iniquo et doloso erue me.*

M. *Quia tu es, Deus, fortitudo mea; quare me repulisti? et quare tristis incedo, dum affligit me inimicus?*

S. *Emitte lucem tuam et veritatem tuam: ipsa me deduxerunt, et adduxerunt in montem sanctum tuum, et in tabernacula tua.*

M. *Et introibo ad altare Dei: ad Deum, qui lætificat juventutem meam.*

S. *Confitebor tibi in cithara, Deus, Deus meus: quare tristis es, anima mea? et quare conturbas me?*

M. *Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi: salutare vultus mei, et Deus meus.*

S. *Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto.*

M. *Sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.*

Repetit antiphonam:

S. *Introibo ad altare Dei.*

M. *Ad Deum, qui lætificat juventutem meam.*

Signat se dicens:

S. *Adjutorium nostrum in nomine Domini.*

M. *Qui fecit cælum et terram.*

Deinde junctis manibus profunde inclinatus, facit confessionem ut sequitur:

S. *Confiteor Deo omnipotenti, beatæ Mariæ semper Virgini, beato Michaeli Archangelo, beato Joanni Baptistæ, sanctis Apostolis Petro et Pau-*

lo, omnibus Sanctis, et vobis, fratres ¹, quia peccavi nimis cogitatione, verbo et opere (percutit sibi pectus ter dicens), mea culpa, mea culpa, mea maxima culpa. Ideo precor beatam Mariam semper Virginem, beatum Michaellem archangelum, beatum Joannem Baptistam, sanctos Apostolos Petrum et Paulum, omnes Sanctos, et vos, fratres, orare pro me ad Dominum Deum nostrum.

M. Misereatur tui omnipotens Deus, et dimissis peccatis tuis perducatur te ad vitam æternam ².

S. Amen, et erigit se.

Deinde ministri repetunt confessionem, et ubi à sacerdote dicebatur vobis, fratres, et vos, fratres, à ministris dicitur tibi, pater, et te, pater, aliquantulum conversi ad celebrantem.

Postea sacerdos, junctis manibus, facit absolutionem dicens: Misereatur vestri omnipotens Deus, et dimissis peccatis vestris perducatur vos ad vitam æternam.

M. Amen.

Signat se signo crucis, dicens:

S. Indulgentiam, absolutionem et remissionem peccatorum nostrorum tribuat nobis omnipotens et misericors Dominus ³.

M. Amen.

¹ Al decir et vobis, fratres, se vuelve un poco, primeramente hácia el diácono y luego hácia el subdiácono, quienes le corresponden con una reverencia semejante.

² Al decir estas palabras los ministros se inclinan medianamente hácia el celebrante, y profundamente hácia el altar mientras dicen el Confiteor.

³ Entre tanto que el sacerdote dice estas palabras, los ministros se ponen rectos, pero se vuelven à inclinar medianamente desde el Deus, tu conversus... hasta el Oremus.

Inclinatus prosequitur:

S. Deus, tu conversus vivificabis nos.

M. Et plebs tua lætabitur in te.

S. Ostende nobis, Domine, misericordiam tuam.

M. Et salutare tuum da nobis.

S. Domine, exaudi orationem meam.

M. Et clamor meus ad te veniat.

S. Dominus vobiscum.

M. Et cum spiritu tuo ¹.

S. Et extendens ac jungens manus, submissa voce dicit: Oremus; et ascendens cum ministris ² ad altare, dicit secreto: Aufer à nobis, quæsumus, Domine, iniquitates nostras, ut ad Sancta Sanctorum puris mereamur mentibus introire. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Deinde, manibus junctis super altare, inclinatus dicit: Oramus te, Domine, per merita Sanctorum tuorum (osculatur altare in medio), quorum reliquæ hic sunt, et omnium Sanctorum, ut indulgere digneris omnia peccata mea. Amen.

Sacerdos, dicto Oramus te, Domine, et osculato altari, ponit incensum in thuribulum, mi-

¹ El diácono y subdiácono tienen de ordinario las manos juntas ante el pecho, excepto cuando las ocupan en alguna cosa, ó estando sentados, que en este caso las tienen extendidas sobre las rodillas. Cuando con la derecha administran alguna cosa, tienen por lo regular la izquierda extendida sobre el pecho; y cuando el sacerdote hace genuflexion ó inclinacion, la hacen tambien ellos comunmente, si no es que sea en algunas ocasiones exceptuadas por la misma rúbrica. Y otro tanto debe decirse del signarse, lo que únicamente omite el subdiácono cuando tiene la patena.

² Los cuales le levantan un poco el alba por delante y hacen genuflexion mientras el sacerdote besa el altar. Pero tanto en esta ocasion como en otra cualquiera en que se arrodillaren, no pondrán jamás las manos sobre el altar, sino que las tendrán juntas delante del pecho como se ha dicho.

nistrante diacono naviculam ¹, et thuriferario thuribulum. Diaconus parum inclinatus versus celebrantem, dicit: *Benedicite, Pater reverende, et osculatur cochlear, et manum celebrantis* ² ante et post. Celebrans ter incensum ponit in thuribulum, dicens interim: *Ab illo benedictaris, in cujus honore cremaberis*; et deposito cochleari, producens manu dextera signum crucis super thus in thuribulo, illud benedicit. Postea diaconus dimissa navicula, accipit thuribulum ³, et dat celebranti, osculata prius catenularum summitate, et manu illius dextera; qui, facta cruci reverentia profunda ⁴, eam ter incensat ⁵, nihil dicens, et facta iterum cruci reverentia, in-

¹ La cual tiene en la mano izquierda, de modo que su abertura mire hacia el celebrante, mientras que con la derecha le da la cucharita.

² Siempre que los ministros presentan alguna cosa al celebrante revestido con sus ornamentos, deben besar primero la cosa y despues su mano; y cuando la reciben, besan primero la mano del celebrante y despues la cosa que reciben. En cuanto al bonete es costumbre no besarle sino á medias, es decir, hacer solamente la demostracion de besarle; y lo mismo debe decirse del *Lavabo*. Pero es de notar que la ceremonia de besar la mano ó el objeto, únicamente debe hacerse respecto del celebrante.

Diaconus, etiamsi canonicus, porrigendo cochlear, patenam, calicem, tenetur osculari manum celebrantis. (S. R. C. 4 jul. 1817). De donde se sigue que el celebrante lo debe permitir, antes que saltar á una rúbrica tan expresa por una humildad mal entendida.

³ Con la mano derecha el remate superior de las cadenillas, y con la izquierda el extremo inferior junto al incensario.

⁴ Si en el altar hay Sacramento, hace genuflexion antes y despues, apoyando la mano izquierda sobre el altar; y esta genuflexion la hacen en todo caso el diacono y subdiacono.

⁵ *Dum incensatur altare, in quo est expositum publicæ venerationi Venerabile, post illud incensatum non debet cruz incensari.* (S. R. C. 29 nov. 1738). Pero, si está encerrado en el sagrario, se ha de incensar la cruz y no el Sacramento.

Durante la incensacion, tiene con la mano izquierda asido junto al pecho el extremo de las cadenillas, y con la derecha

incensat altare, ter ducens thuribulum æquali distantia, prout distribuuntur candelabra, à medio ejus usque ad cornu Epistolæ, ubi demissa manu thurificat postremam partem inferiorem, mox superiorem, bis ducto thuribulo, et conversus ad altare, elevans manum, incensat ejus planitiem seu mensam in parte anteriori, ter ducens thuribulum usque ad medium, ubi facta cruci reverentia, procedendo thurificat aliud latus altaris triplici ductu usque ad cornu Evangelii, et pariter incensata inferiori et superiori parte ipsius cornu Evangelii duplici ductu, adhuc stans ibidem, elevat thuribulum, et ter incensat superiorem tabulæ partem versus medium altaris, ut fecit in cornu Epistolæ; deinde manu aliquantulum demissa, incensat anteriorem ejus partem seu frontem, ter ducens thuribulum, dum procedit à cornu Evangelii usque ad medium altaris; et facta cruci reverentia, incensat similiter triplici ductu reliquam partem anteriorem usque ad cornu Epistolæ, ubi reddito thuribulo ipsi diacono, ab eo ipse solus incensatur ¹.

Si vero in altari fuerint reliquæ seu imagines Sanctorum, incensata cruce, et facta ei reverentia, antequam discedat à medio altaris, primum incensat eas quæ à dextris sunt, id est, à parte Evangelii, prope crucem, bis ducens thuribulum, et iterum, facta cruci reverentia, similiter incensat bis alias, quæ sunt à sinistris, hoc est, à parte Epistolæ: deinde prosequitur incensa-

guia con páusa y gravedad el incensario hacia el objeto que se debe incensar. Lo que ha de observarse en toda incensacion.

¹ Desde el plano del altar, y haciéndole una profunda reverencia antes y despues.

tionem altaris, ut supra, ter ducens thuribulum in unoquoque latere, etiamsi in eo essent plures reliquiae vel imagines, seu etiam plura vel pauciora candelabra.

Si in altari fuerit tabernaculum sanctissimi Sacramenti, accepto thuribulo, antequam incipiat incensationem, genuflectit; quod item facit quotiescumque transit ante medium altaris.

Diaconus et subdiaconus hinc inde assistunt celebranti¹ dum incensat, et cum transeunt ante crucem, semper genuflectunt.

Deinde celebrans, diacono à dextris ejus, subdiacono à dextris diaconi stantibus², in cornu Epistolæ, signans se signo crucis, incipit et legit *Introitum*, quo finito, junctis manibus, alternatim cum ministris dicit: *Kyrie, eleison. Kyrie, eleison. Kyrie, eleison. Christe, eleison. Christe, eleison. Kyrie, eleison. Kyrie, eleison. Kyrie, eleison.*³

¹ Levantándole un poco la casulla cada uno por su lado.

² El diácono se coloca en el escalon inmediato, y el subdiácono en el plano del presbiterio, á menos que hubiese muchas gradas.

³ No hay inconveniente en que, mientras el coro canta los *Kyries*, vayan á sentarse, como lo permite la rúbrica general, tit. 17, núm. 6. En este caso se hacen los tres la reverencia que corresponde, y puestos uno tras otro, *per breviorē* van á sus asientos, que deben estar preparados *à parte Epistolæ*. Antes de sentarse, los ministros hacen inclinación media al celebrante. Sentados que sean, reciben los bonetes, el celebrante de manos del diácono y los ministros del maestro de ceremonias ó de los acólitos, y antes de levantarse los devuelven. *Celebrans in Missa solemnī, cum sibi est sedendum, pergere debet ad scamnum capite detecto, et ita regredi ad altare; et ad eos versiuolos, ad quos sibi est inclinandum, caput delegat.* (S. R. C. 12 nov. 1831). Todo lo que debe observarse siempre que hayan de sentarse.

Quando se canta por el coro el último *Kyrie*, vuelven los tres por el camino mas largo al altar, donde el celebrante hace la reverencia que corresponde, y los ministros genuflexion sobre

Postea in medio altaris extendens, elevans et jungens manus, caputque aliquantulum inclinans, dicit, si dicendum sit: *Gloria in excelsis Deo*¹, et prosequitur junctis manibus, *et in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Laudamus te, benedicimus te, adoramus te, glorificamus te. Gratias agimus tibi propter magnam gloriam tuam. Domine Deus, Rex cælestis, Deus Pater omnipotens. Domine, Fili unigenite, Jesu Christe, Domine Deus, Agnus Dei, Filius Patris. Qui tollis peccata mundi, miserere nobis. Qui tollis peccata mundi, suscipe deprecationem nostram. Qui sedes ad dexteram Patris, miserere nobis. Quoniam tu solus Sanctus, tu solus Dominus. Tu solus Altissimus, Jesu Christe, cum Sancto Spiritu, in gloria Dei Patris. Amen.*

Cum sacerdos intonat hymnum *Gloria in excelsis Deo*, diaconus et subdiaconus, unus post alium, stant à tergo celebrantis; postea ascendunt ad altare², et hinc inde diaconus à dextris, subdiaconus à sinistris, cum celebrante hymnum submissa voce prosequuntur usque ad finem. Quod etiam servatur, cum dicitur *Credo*; et cum

la última grada. Sube aquel al altar, levantándole estos el alba por delante, y luego se ponen uno tras otro, el diácono en el primer escalon, y el subdiácono en el plano, á menos que hubiese muchas gradas, que entonces bastaria colocarse á una distancia conveniente del diácono; y eso tanto en esta ocasion como en las demás semejantes.

¹ A la palabra *Deo* hacen los tres inclinacion de cabeza, como igualmente á las otras que las rúbricas exigen. Y si están sentados, se quitan además los bonetes.

² Despues de haber hecho genuflexion cada uno en su lugar. Concluido el himno pueden ir á sentarse, observando las mismas ceremonias que se han indicado en otro lugar. Si no se sientan, se mantienen allí mismo entre tanto que el coro lo canta, y poco antes de acabarse bajan los ministros á sus puestos.

dicitur *Dominus vobiscum*, *Oratio*, *Præfatio* et *Pater noster*, diaconus et subdiaconus similiter stant unus post alterum à tergo celebrantis.

Deinde celebrans osculatur altare in medio, et versus ad populum, dicit:

ŷ. *Dominus vobiscum* ¹.

ñ. *Et cum spiritu tuo*.

Postea dicit *Oremus* et orationes, unam aut plures, ut ordo officii postulat.

Cum dicitur *Dominus vobiscum* et *Oratio*, diaconus et subdiaconatus stant retro post celebrantem. *Flectamus genua* dicitur à diacono, à subdiacono vero *Levate*, illo primum genuflectente, hoc primum surgente; celebrans vero non genuflectit.

Subdiaconus circa finem ultimæ orationis accipit ambabus manibus librum Epistolarum ², deferens illum supra pectus, et facta altari genuflexione in medio, vadit ³ ad partem Epistolæ contra altare, et cantat Epistolam, quam etiam celebrans interim submissa voce legit, assistente sibi diacono à dextris, et item Graduale, Tractum, etc., usque ad *Munda cor meum*... Epistola cantata, subdiaconus facit iterum genuflectionem altari in medio, ac redit ad celebrantem; et genuflectens, osculatur ejus manum, et

¹ Al *Dominus vobiscum* del celebrante los ministros no responden, como ni tampoco à las demás cosas à que responde el coro, sino que, sin decir nada ni hacer genuflection, lo siguen al lado de la Epistola formando linea recta. A la Epistola responden, como igualmente à todo lo demás à que el coro no responde inmediatamente.

² De manos del turiferario, ó maestro de ceremonias.

³ Acompañado del mismo maestro de ceremonias, ó del acólito que en defecto de aquel le haya entregado el libro, con reciproca inclinacion de cabeza.

ab eo benedicatur, præterquam in Missis defunctorum.

Postea idem subdiaconus accipit missale celebrantis, defert ad cornu Evangelii in altare, et ibi ministrat celebranti, qui in medio altaris, submissa voce dicto *Munda cor meum*... (ut in Missis privatis), et deinde lecto Evangelio, quod in fine non osculatur, delato etiam per diaconum libro Evangeliorum ad altare super medium, imponit incensum in thuribulum, et benedicit, ut supra.

Deinde diaconus genuflexus ante altare, manibus junctis, dicit: *Munda cor meum ac labia mea, omnipotens Deus, qui labia Isaie prophete calculo mundasti ignito: ita me tua grata miseratione dignare mundare, ut sanctum Evangelium tuum digne valeam nuntiare. Per Christum Dominum nostrum. Amen.*

Postea accipit librum de altari, et rursus genuflexus in superiori gradu altaris, petit benedictionem à sacerdote, dicens: *Jube, Domne, benedicere.*

Sacerdos respondit: *Dominus sit in corde tuo et in labiis tuis, ut digne et competenter annunties Evangelium suum. In nomine Patris, et Filii, † et Spiritus Sancti. Amen.*

Et accepta benedictione, osculatur manum celebrantis, præcedentibus thuriferario et duobus acolythis cum candelabris accensis de credentia sumptis, vadit cum subdiacono à sinistris ad locum Evangelii contra altare versus populum, ubi subdiacono librum tenente ¹, medio inter

¹ Diacono Evangelium cantante, subdiaconus tenetur sus-

duos acolythos tenentes candelabra accensa, junctis manibus dicit: *Dominus vobiscum.* R]. *Et cum spiritu tuo*; et pronuntians: *Sequentia sancti Evangelii secundum N.*; sive *Initium*, pollice dexteræ manus signat librum in principio Evangelii, quod est lecturus, deinde seipsum in fronte, ore et pectore¹, et dum ministri respondent: *Gloria tibi, Domine*, ter librum incensat², hoc est, in medio, à dextris et à sinistris, et prosequitur Evangelium junctis manibus. Interim celebrans post datam diacono benedictionem, retrahens se ad cornu Epistolæ, ibi stat junctis manibus; et cum diaconus dicit: *Sequentia sancti Evangelii*, sacerdos etiam signat se, et cum nominatur *JESU*, caput inclinat versus altare.

Finito Evangelio, subdiaconus defert librum sacerdoti, qui osculatur Evangelium dicens: *Per evangelica dicta deleantur nostra delicta*; et à diacono ter incensatur.

Si autem sit prædicandum, concionator, finito Evangelio, prædicet; et sermone sive concione expleta, celebrans, stans in medio altaris versus ad crucem, dicit, si dicendum sit: *Credo in unum Deum* (et prosequitur junctis manibus), *Patrem omnipotentem, factorem cæli et terræ, visibilium omnium et invisibilium. Et in unum Dominum Jesum Christum, Filium Dei unigenitum,*

tinere librum Evangeliorum, sive ante pectus, sive in legiti existentem. (S. R. C. 15 sept. 1753). El subdiácono se pone de cara al diácono, los acólitos se colocan á ambos lados del diácono, uno frente á otro, y el turiferario á la izquierda del diácono un poco atrás.

¹ Al decir *Initium* ó *Sequentia* se signan todos, menos los acólitos, el turiferario y el subdiácono.

² Haciéndole antes y despues inclinacion profunda.

et ex Patre natum ante omnia sæcula. Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero. Genitum, non factum; consubstantialem Patri; per quem omnia facta sunt. Qui propter nos homines, et propter nostram salutem descendit de cælis. (Hic genuflectitur¹). Et incarnatus est de Spiritu Sancto ex Maria Virgine, et homo factus est. Crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato passus, et sepultus est. Et resurrexit tertia die secundum Scripturas. Et ascendit in cælum, sedet ad dexteram Patris. Et iterum venturus est cum gloria judicare vivos et mortuos; cujus regni non erit finis. Et in Spiritum Sanctum, Dominum, et vivificantem: qui ex Patre, Filioque procedit. Qui cum Patre et Filio simul adoratur et conglorificatur: qui locutus est per Prophetas. Et unam, sanctam, catholicam et apostolicam Ecclesiam. Confiteor unum baptisma in remissionem peccatorum. Et expecto resurrectionem mortuorum, et vitam venturi sæculi. Amen.

Celebrans incipit *Credo*, stantibus post eum diacono et subdiacono: deinde ad altare accedentibus, et cum eo prosequentibus, ut dictum est ad *Gloria in excelsis*.

Cum vero in Symbolo cantatum fuerit: *Et incarnatus est...*, diaconus, accepta bursa de cre-

¹ A estas palabras se descubren todos los ministros sagrados é inclinan profundamente la cabeza hasta *et homo factus est* inclusive. En las tres misas de Navidad y en el día de la Anunciacion ó de su traslacion, se arrodillan todos sobre la infima grada del altar. (S. R. C. 16 jan. 1663). Exceptuados estos dos días, únicamente han de arrodillarse los que están en pié y unidos al coro; á todos los demás hasta inclinarse descubriéndose la cabeza. (S. R. C. 15 febr. 1659 y 13 jun. 1671). Si al cantar dichas palabras estuviesen en pié, bajan al segundo escalon y allí se arrodillan.

dentia, ambabus manibus eam defert elevatam cum solitis reverentiis ad medium altaris, in quo explicat corporale, et revertitur ad celebrantem. Cum non dicitur *Credo*, subdiaconus defert bursum simul cum calice, ut infra dicitur.

Dicto Symbolo; vel, si non sit dicendum, post Evangelium, celebrans osculatur altare, et versus ad populum, dicit: *Dominus vobiscum. rj. Et cum spiritu tuo.* Postea dicit *Oremus* et *Offertorium*.

Dicto *Oremus*, diaconus et subdiaconus accedunt ad altare in cornu Epistolæ, diaconus amovet calicem, si est in altari, vel si est in credentia, ut magis decet, accipit eum de manu subdiaconi, qui illum cum patena et hostia, coopertum palla et velo è collo sibi pendente, manu sinistra tenens, et alteram manum superponens velo, ne aliquid decidat, de credentia detulit, comitatus ab acolytho ampullas vini et aquæ portante; ipse diaconus calicem detegit, et dat patenam cum hostia celebranti, osculando ejus manum. Quam offerens Sacerdos dicit:

Suscipe, sancte Pater, omnipotens æterne Deus, hanc immaculatam hostiam, quam ego indignus famulus tuus offero tibi Deo meo vivo et vero, pro innumerabilibus peccatis, et offensionibus, et negligentis meis, et pro omnibus circumstantibus; sed et pro omnibus fidelibus christianis vivis atque defunctis; ut mihi et illis proficiat ad salutem in vitam æternam. Amen.

Subdiaconus extergit calicem purificatorio; diaconus, accepta ampulla vini de manu subdiaconi, imponit vinum in calicem, subdiaconus interim ampullam aquæ ostendens celebranti,

dicit: *Benedicite, Pater reverende; qui, facto versus eum signo crucis, dicit orationem:*

Deus, qui humanæ substantiæ dignitatem mirabiliter condidisti, et mirabiliter reformasti, da nobis per hujus aquæ et vini mysterium, ejus divinitatis esse consortes, qui humanitatis nostræ fieri dignatus est particeps, Jesus Christus Filius tuus Dominus noster: Qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Interim subdiaconus infundit paululum aquæ in calicem, diaconus illum celebranti dat, et pedem calicis tangens, seu brachium dexterum celebrantis sustentans, cum eo dicit:

Offerimus tibi, Domine, calicem salutaris, tuam deprecantes clementiam, ut in conspectu divinæ Majestatis tuæ pro nostra et totius mundi salute cum odore suavitatis ascendat. Amen.

Quem postea positum in altari, palla cooperit; subdiacono deinde stanti in cornu Epistolæ, ponit in dextera manu patenam, quam cooperit extremitate veli ab ejus humero pendentis: qui vadit post celebrantem ante medium altaris, et facta genuflexione, ibi stat, sustinens eam elevatam usque ad finem Orationis dominicæ, ut dicitur.

Tum Sacerdos junctis manibus super altare, aliquantulum inclinatus, dicit:

In spiritu humilitatis et in animo contrito suscipiamur à te, Domine: et sic fiat sacrificium nostrum in conspectu tuo hodie, ut placeat tibi, Domine Deus.

Erectus expandit manus, easque in altum por-